


SAVONAROLÆ
EXPOSITIO PSALMI QUI REGIS ISDRAEL




FLORENTIÆ 1496.











Audini 123

FRATER HIERONYMVS FERRARIENSIS ORDINIS PRAEDICATORVM SERVVS INVTILIS IESV CHRISTI FRATRI .N. CONSERVO SVO SALVTEM

PRAEFATIO



ALVET Te dominus Iesus Fili Charissime. Cum orare cupias pro ecclesia sācta Dei/ac pro tua portiūcula eam cū cæteris uere fidelibus in hac nostra īfoelici ætate iuuare / sciens orationē iustorum multum ualere apud Deum: Respexit enim dominus in orationem humilium \ & non spreuit preces eorum \ a me iuxta laudabile propositum tuum deuotam orationem exposcis. ¶ Ego itaq; cognoscens Deum magis exaudire desideria q̄ uerba/ cogitaui tibi orationem tradere: quæ hoc tuum sācrū desiderium quotidie magis ac magis inflāmare possit. Statimq; Deo īspirante psalmus. Lxxviiii. occurrit: quo nihil proposito nostro magis cōuenire poterat. Hunc ergo tibi expositū mittimus \ nō ea expositione \ quæ ad plenam eius intelligentiā: sed ea dūtaxat/ quæ ad orantē pro præsenti ecclesia sufficiat. Erit enim tibi psalmus iste hoc modo expositus tanq̄ Spiritus sancti te ad hæc desideria excitantis instrumētū: qui (ut dicit Apostolus) adiuuat infirmitatē nostram: & postulat pro nobis/ idest postulare nos facit gemitibus ienarrabilibus. Cum autem orabis \ memor esto etiam mei peccatoris. Vale.

¶ Incipit expositio Fratris Hieronymi Ferrariensis psalmi. Lxxviiii. Qui regis Israel per modum orationis Et primo sup titulū

TITVLVS EST

¶ In Finem Pro his qui commutabuntur psalmus pro assiriis testimonium Asaph. Natura quæ a Deo ī suo opere semper dirigitur & gubernatur per se nunq̄ malum intendit: sed solum per accidens: dum scilicet aliquod bonū quod sine corruptione fieri nequit uult facere. Ignis enim



per se non intendit comburere ligna: sed formã suam in materiam lignorum introducere. Quæ cũ introduci nõ possit sine exustione lignorum \ ipsam quoq; lignorum exustionem & corruptionem per accidẽs intendit. Ad similitudinem igitur naturæ uir iustus nunq̃ malum ꝑ se intendit: sed bonum. Verum cum bonum sine malo præcedente non potest fieri: ut ipsum bonum non impediatur \ desiderat per accidens ipsum malum. Nam pater flagellat filium / non quia ei per se flagellum filii placeat: sed per ipsũ intendit filium a malo prohibere / & ad bonum inducere. Sic etiam Deus pater flagellat omnẽ filium quẽ recipit \ intendens per se bonũ eius non malum. Intentio ergo iusti uiri in hoc psalmo est / bonũ ecclesiæ apud deũ procurare: idest conuersionem peccatorum & diffusionẽ gratiæ Spiritus sancti abundantem in cordibus omnium christianorum \ & dilatationem fidei usq; ad terminos orbis terrarum. Verum quia uidet christianum populum a recto itinere recessisse \ & in tantum deuiasse: ut ad rectam uiam sine flagello redire non possit: ipsum flagellum hac intẽtione desiderat / ut ad Deum uel ui redeat. Licet enim Deus cui nihil est ĩpossibile sine flagello posset homines ad penitẽtiam conuertere: tamen non sic facere consueuit / quia omnia sapienter agit. Bene ergo dicitur ĩ titulo.

IN Finem Pro his qui cõmutabuntur psalmus. Quia psalmus iste & oratio hæc a nobis faciẽda est pro his qui de uitiis ad uirtutes / & de bono in melius commutabuntur: quos Deus diriget in finem \ idest in consumationem uirtutum \ & tãdem ĩ uitam æternam. Quia autem per flagella hoc tãdem euenire putamus \ quod stulti nunq̃ credunt: bene sequitur in titulo. ¶ Pro assiriis testimonium Asaph. Nam Asaph colligens seu congregãs: Assirii uero dirigentes interpretãtur. Quis ẽ ergo Asaph nisi prædicator / qui populos & electos dei huc illucq; dispersos colligit: et in unam ecclesiam in unamq; fidem & charitatem congregat? Qui sunt autem Assirii iudeorum & populi israel semper inimici / nisi hi qui flagellabunt populum

Dei / et flagellis suis dirigent eum in uiam salutis æternæ? Sicut enim flagello iumentum dirigimus & ipsum flagellum propter hoc dirigens uulgariter nõnunquam appellamus: ita inimici ecclesiæ dirigẽtes recte nominãtur quãdo per eorum persecutiones Deus dirigit electos suos in uiam rectam. Quia ergo prædicator fidelibus hoc notũ facit \ recte dicitur. Pro assiriis testimonium Asaph: ac si titulus iste apertius dicat. Psalmum istum & oratiõem dicito pro his qui a uitiis ad uirtutes commutabuntur: uidelicet: ut cito cõmutentur \ & in consumationem uirtutum pducantur: & ora pro assiriis \ idest pro flagellantibus & dirigentibus populum Dei ut cito ueniant. De quibus Asaph idest prædicator testimonium reddit \ quia ecclesiæ sũt necessarii / quæ dicit & clamat. De necessitatibus meis erue me domine. Eleuatis ergo oculis suis ad cælũ Vir iustus huiuscemodi uerbis ad orãdum inuitatus / quasi totũ mundũ collapsũ deo representans cũ lachrymis dicit.

P S A L M V S





QVI REGIS israel Intende: Qui deducis uelut ouem Ioseph.

Quia te domine cognoscimus per effectus / tunc dicimus te rebus gubernandis esse intentum / quando eas efficaciter ad suos fines pducis: quãdo uero eas a suo fine cadere pmittis / eis regendis te non esse intentũ profitemur. Cõsiderãs igitur ego uniuersum mundũ spiritualiter periclitari \ tum quia maxima pars eius ẽ in tenebris infidelitatis: tum quia populus fidelis ẽ fere totus corruptus / adeo ut hodie uerificetur illud in eo. Omnes declina

uerunt simul inutiles facti sunt. Nō est qui faciat bonū: non est usque ad unum. Ad te confugio non dubitans sed stupēs & rogans ne sis sicut homines: qui cum sunt rebus quæ amant uehementer intenti / aliis minus dilectis minime uel parum intendunt. Tu ergo domine qui regis israel: idest te uidentes in æterna uita: quibus gubernandis uideris uehementer intentus. Israel enim interpretatur uidens Deum. Intende etiam in adiutorium nostrū In patria nāq; cælesti ubi beati uidēt te ex mirabili ordine & gloria ciuium eius apparet ꝙ tu regis israel: & ꝙ eorū gubernationi sis uehementer intentus: adeo ut nostri uidearis penitus oblitus: Cum omnia nostra uideantur cōfusa. Rogamus ergo te qui cælum & terram in tranquillitate gubernas: ne cælestibus adeo intendas / ut regimen ecclesiæ tuæ penitus relinquas. Intende ergo in adiutorium nostrum domine qui regis israel: intende inquam.
QVI DEDVCIS Velut ouem Ioseph. Nam Ioseph qui interpretatur augumentum: quid significat nisi populum tuum fidelem & deuotum / sed paruulum: quem genuisti in senectute tua. i. in hac ultima & infoelici nostra ætate: qui a fratribus suis persecutiones magnas patitur / et somniator nominatur? Hunc tu paulatim in tribulationibus crescentem deducis per ignem & aquam sicut ouem mansuetam ad macellum / mortificatam tota die ut per compedes & carceres transeat ad regnum & ad pascua uiriditatis æternæ. Qui ergo deducis uelut ouem Ioseph putaris ab incredulis nullā de rebus nostris curā habere: & ideo intende in adiutorium nostrum / ut obstruatur os loquentiū iniqua. Nos enim non petimus aurum aut diuitias uel huius sæculi dignitates: sed lumen tuum desideramus / te cognoscere ardentissime optamus.
¶ QVI SEDES super cherubin manifestare corā ephraim Beniamin / et Manasse. Cherubin / plenitudo scientiæ: Effraim / fructificatio: Beniamin / filius dexteræ: Manasses obliuio interpretatur. Tu ergo qui sedes & quiescis in temetipso ab omni opere quod patrasti / & in sede tuæ æter

nitatis ſtabiliris / ac in celſitudine throni tuæ maieſtatis permanes tanquam Rex / tanquā dominus / tanquam iudex & magiſter omnium / tu inquā qui ſedes Super Cherubin: ideſt ſuper plenitudinem ſcientiæ / ſuperans omnem ſcientiam & omnem intellectum: quia uere tu es Deus abſconditus. MANIFEſtare. Ideſt appare obſecro. CORam effraim. Ideſt coram populo tuo iam tibi fructificante: ut cognoſcat te perfecte: quia qui cognoſcit te / diligit te / obliuiſcitur ſe / amat te pluſq̄ ſe: et fructus mirabiles ī eccleſia facit. Appare etiam coram Beniamin: ideſt coram omnibus prædeſtinatis tuis hic & ubique commorantibus: qui uere ex ipſa prædeſtinatione filii dexteræ tuæ uocari digni ſunt / ut creſcat populus tuus / & filii tui diſperſi congregentur \ et fiat unum ouile & unus paſtor. Appare deniq; Et Manaſſe: ideſt omnibus populis infidelibus / quos obliuioni tradidiſſe uideris: quia te ipſi obliuioni tradiderunt / cum panem uitæ tanto tēpore eis denegaueris / manifeſta te tandem mūdo / ut de tenebris & umbra mortis hoīes egrediātur ad lucē / et dirigāt greſſus ſuos ī uiā pacis. Si aūt peruerſi difficile corrigūtur / & ſi ſtultorū infinitus eſt numerus.

❡ EXCita potentiam tuam & ueni \ ut ſaluos facias nos. Ecce diuites opprimūt pauperes: potentes plebem tuam lacerāt: Peruerſi iuſtos ſine miſericordia pſecūtur: nō habent fideles tui patres: non habent defenſores. Per mala exēpla ſeniorum & cleri incorrigibilis infiniti trahuntur ad inferos. Tepidorū non eſt numerus / quorum prauis ſuaſionibus totus mūdus inficitur: Nolūt audire uerba ueritatis: a nullo caſtigari poſſunt: Vnde tui fideles nō audent leuare caput. Quid agis domine? Cur dormis? Vt qd potētiā tuā abſcōdis? EXcita. Quæſo. POTentiam tuā & ueni. Per flagella / qui ubiq; es per potētiā / percute peruerſores: occide calūniatores: dāna reprobos blaſſematores. Nō hoc dico / nō hoc opto / nō hoc peto qa delecter ī penis: ſed Vt ſaluos facias nos electos tuos tibi iugiter ſeruiētes \ te ſuper omīa diligētes \ tuiſq; man

datis semper obtemperantes. Dicis forte mihi / Si misero gladium / si pestem / si famē / putas te in tot & tantis tribulationibus perseuerare posse?

¶DEVS CONVerte nos & ostende faciem tuā & salui erimus. Nos quippe fragiles sumus / nos in nostra uirtute nō cōfidimus: quia nō sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis tāquā ex nobis: sed nostra sufficiētia ex deo ē. Corpus eni quod corrūpitur / aggrauat aīam / et terrena inhabitatio deprimit sensū multa cogitātē. Igitur TV deus conuerte nos. Ad te cōuerte a terrenis ad cælestia / rebelles nostras ad te cōuerte uolūtates / & cōuersis nobis Ostende faciem tuā: ut cognoscamus te: ostende potētiā tuā / ut timeamus te: ostēde sapientiā tuā / ut ueneremur te: ostēde bonitatē tuā / ut diligamus te. Ostēde semel: ostēde iterū: ostēde semper / ut per tribulatiōes læta facie transeamus. ET Salui erimus. Te enim saluante salui erimus: te manū subtrahente saluari non possumus. Quid tardas domie / cur nō exaudis orōnes nrās?

¶DOMine deus uirtutū quousq3 irasceris super orōnem serui tui? Te.n. rogaui pluries: te rogaui diu: te rogaui centies & milies. Cur ergo non exaudis? Vt quid moraris? Nūquid adhuc iratus es mihi propter peccata mea? Si iniquitates obseruaueris domine / domine quis sustinebit? Domine ergo qui potes oīa. Deus qui regis oīa: sub quo curuantur qui portāt orbē: quē tremūt potestates / cæli cælorūq3 uirtutes. DOMine deus uirtutū quousq3 irasceris super orōnem serui tui? Vbi est zelus tuus & fortitudo tua / & multitudo uiscerū tuorū? Nūquid super nos cōtinuerūt se? Clamabimus ad te die ac nocte / scientes q͏̄ si tardabis / tādem importunitatem nostram tu exaudies.

¶CIBABIS NOS PANe lachrymarū & potū dabis nobis in lachrymis in mēsura. Spero inq̄ exaudiri: quia ueritatē dilexisti / negare te ipsum nō potes. Dixisti eni: Petite / & dabitur uobis. Quærite & inuenietis. Pulsate & aperietur uobis. Verū prius Cibabis nos pane lachryma

rum:pane amaro / pane dulci. Lachrymæ enī amaræ & dulces sunt. Amaræ propter absentiā boni. Dulces propter certitudinē illud inueniendi. Amaræ sūt: qa spes quæ differtur / affligit aīam. Dulces ꝑpter præsētiā dulcedinis tuæ: qui excitas nos ad orandū: et postulare nos facis gemitibus inenarrabilibus. ET Potū dabis nobis. De calice qui est in manu tua uini meri plenus mixto. Quia secundū multitudinē dolorū nostrorū in corde nostro cōsolationes tuæ lætificabūt animas nostras / potum ergo dabis Nobis in lachrymis tribulationum / quæ lauāt faciem conscientiæ / clarificant intellectum: humectant cor deuotione: et saporem nobis præbēt charitatis. Bonæ ergo lachrymæ tuæ / dulces profecto lachrymæ tuæ sunt: quæ fuerūt nobis panes die ac nocte. Exaudies ergo nos: sed prius cibabis & potabis nos lachrymis non supra uires / sed In mēsura. i. secundū mēsuram uirtutis nostræ. Nō. n. patieris nos tētari supra id quod possumus: sed facies etiā cū tentatione prouentū: ut possimus substinere. Cibabis inq̄ nos lachrymis nō semꝑ sed In mēsura temporis quod posuisti in tua potestate. Cū ergo uenerit / illud tēpus / cessabūt lachrymæ & gemitus: cessabit ira tua: orōnes nostræ exaudiētur. Cōuertes nos: ostēdes faciem tuā: excitabis potētiā tuā: saluos facies nos: et manifestaberis coram Effraim / Beniamin / et Manasse: dilatabisq; ecclesiam tuam / et intendes regimini eius. Interim uero in patiētia nostra possidebimus animas nostras. Quia.
¶ POSVISTI NOS in contradictionem uicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos. Interim tanquā filios castigas nos / ut mundemur / ut cor diuitiis nō apponamus: ut gloriam humanā nō sequamur: ut ueritas tua magis elucescat: et ideo POSuisti nos in cōtradictionē uicinis nostris: Qui sūt āt uicini nostri nisi tepidi: q in exterioribus uidētur christiani: q dicūt Domine grās ago tibi / qa nō sum sicut cæteri hoīes iniusti / raptores / adulteri / uelut etiā hic publicanus / Ieiuno bis i sabbato decimas do omniū quæ possideo / intus āt nō sunt uere

christiani? Vicini ergo sūt/qa opibus similes nobis uidē
tur. Sed non sunt domestici: qa humilitatē/ qa charitatē
non habēt. Quomodo ergo posuisti nos i cōtradictio
nem tepidis: nisi quia illuminasti nos de uia ueritatis &
ostendisti nobis faciē tuam? Hinc uidimus eos & intelle
ximus: qa sunt sicut sepulchra dealbata: quæ foris parēt
hominibus spetiosa: intus aūt sūt plena ossibus mortuo
rum & omni spurcitia. Ne ergo eorum uerbis & exēplis
simplices & cæteri christiani perirēt te præcipiēte clamaui
mus & diximus. Cauete a fermēto pharisæorū/quod est
hypocrisis. Non uos cerimoniæ saluabūt: denudauimus
eorū cauteriatas cōsciētias. Reprehendimus eos dicētes:
Vos estis qui iustificatis uos corā hominibus: Deus āt
nouit corda uestra: qa quod hoībus altū est/ abhomina
tio est ante deū. Hinc ergo rabies: hinc odiū: hinc cōtra
dictio. Amāt eni gloriā hominū plus q̄ gloriā Dei. Ideo
circueūt ciuitatē: huc illucq; discurrūt: per domos mulier
cularū cursitāt/ murmurāt/ detrahūt/ cōtradicūt/ & perse
cuntur nos. Et ideo Inimici nostri subsannauerūt nos.
Inimici nostri peccatores sunt manifesti. Amici huius sæ
culi/ supbi/ auari/ luxuriosi/ blassfemi/ homicidæ/ & inimi
ci crucis christi. Hi ergo uerba nostra imo tua domine
audire nolētes/ sed fugiētes a tepidis persuasi subsānaue
runt nos: & rugato naso nos tanq̄ stultos despexerunt.
Et qd est q uicini nostri cōtradixerūt/ & inimici subsan
nauerūt? Cur plus nocēt uicini q̄ inimici? Nunquid tepi
di nō sunt inimici? immo certe inimici & capitales inimi
ci/ sed fraudulenti/ sed occulti. Se enim amicos simulant:
se nos diligere dicūt: se pro ueritate loqui: nō quia odio
nos habeant falso ostendūt. Plus ergo isti nocēt q̄ aper
ti inimici. Dicuntur ergo uicini/ quia se amicos nostros
faciunt: sed tamen contradicunt. Inimici uero tantū sub
sannant. Et inimici nō subsannarent/ nisi isti contradice
rent. Inimici conuerterentur ad penitentiam / nisi tepidi
eos impedirent. Inimici denique fierēt amici/ & ueritatis
defensores / nisi ecclesia haberet tepidos contradictores.

Magnum bellum / periculosum certamen / dubia uicto ria. Ergo.

¶ DEVS VIRTVTVM CONVERTE NOS ET OSTENDE FACIEM TVAM Et Salui Erimus.

Deus qui supernis uirtutibus fortitudinem præbes ut si ne timore pugnēt cū antiquo dracone: & omnia ardua magna animi fortitudine aggrediantur. DEVS uirtu tum Conuerte nos. Ab amore proprio ad tuum perfec tum amorem: per quē tibi uniamur & tibi adhereamus qa sic nihil timebimus: & tota fiducia bella tua pugna bimus. Tu es enim fortitudo nostra/ & firmamentū no strum/ refugium nostrum \ & protectio nostra. Et ideo OSTende faciem tuam. Ostende ueritatem tuam: ma nifesta lucem tuam \ ne tepidi decipiant nos: ne cor no strum tenebris inuoluant. Vt fugiamus laqueos eorū: & per uiam ueritatis incedamus. Et sic te liberante te illu minãte te pro nobis pugnante SALui erimus. Age do mine: fac domine. Surge: expergiscere: ueni/ & noli tarda re. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine? Memor esto laborum tuorum: ne cōtēpnas sudores tuos: opera manuū tuarū ne despicias.

¶ VINEAM DE AEGYPTO TRANSTVLI STI EIECISTI GENTES ET Plantasti Eam.

Vinea tua ecclesia tua est. Quare uinea? Quia uinum producit quod inebriat mentes hominum amore diui norum: quod letificat corda nostra. Vinea bona. Vinea optima: quæ quicquid circumponitur radici eius conuer tit in uinum. Si aquam/ si stercus / si aliud quid circūpo nas radici eius: totum quicquid ad se trahit conuertit in uinum. Nō enim unquam aquam uel stercus uel aliud q̄ uinum producit. Ita quicquid ecclesiæ & animæ fideli circumponis \ siue subsãnationem \ siue persecutionem/ si ue aurum/ siue laudes \ siue maledictiones omnia conuer tit ad charitatem/ ad patientiam \ ad humilitatē \ cæterasq; uirtutes. Hãc uineam huiusmodi homines fideles nihil in hoc mundo appetētes nihilq; timētes. De ægypto.

idest de tenebris trāstulisti. Erāt eni i tenebris ignorātiæ & peccatorū caligine ignorabāt finē suū i nesciebāt quo tēderēt. Misisti eis lumē tuū: & de tenebris eduxisti eos. Gētes āt.i.demones.i.puersi hoies irrationabiles/ sine lege & sine disciplina psequebātur eos\ uastabāt uineam. Erāt sicut lapides i ea durissimi\ pcussores/ pedes ābulantiū offēdētes\ palmites destruētes/ & fructus uineæ impediētes. Eiecisti ergo Gentes/ tyrānos iterfecisti/ idola destruxisti/ hereticos anathematizasti\ lapides collegisti: piecisti/ lōge eos a uinea fecisti/ & i pfūdū descēderūt. Et Plātasti Eā In mōte scō tuo. In fide tua/ i pfectione iustitiæ i xpo tuo Trāsiuit p mare rubrū\ trāsiuit p ignem & aquā: p multas tribulatiōes nō defecit/ saluata ē. Quare. ❡ DVX ITINERIS Fuisti in cōspectu eius: & Plātasti radices eius: & ipleuit terrā. Dux fortis/ dux sapiēs/ dux bonus/ dux magnus: Quoniā deus magnus dominus & rex magnus sup oēs deus. Quis ergo talē ducē nō sequatur? Quomō āt dux fuisti? Venisti/ apparuisti in carne/ psecutiones/ cōtradictiones\ maledictiones\ irrisiones/ flagella/ & mortē crucis p ea substinuisti. Trāsisti ad patrē p uiā crucis\ & clamasti: Qui uult uenire post me/ abneget semetipsū/ & tollat crucē suam & sequatur me. Magnus dux/ difficilis uia. Sed quis timebit sequi talē ducē/ nō ipse sequitur: sed ātecedit. Tu ergo dux nō occultus sed manifestus: oēs te uidere potuerūt. DVX Itineris fuisti in cōspectu eius. Manifeste eni inter latrones crucifixus fuisti. Et quia uinea debilis est/ lignū enim fragile lignū uitis tu roborasti eā ET PLANtasti radices eius. Nō homo carnalis/ nō angelus plantauit. Sed tu manibus tuis/ sapiētia tua/ potētia tua\ & bonitate tua plantasti radices amoris eius/ charitatis eius\ dilectionis eius. Plātasti inq in terra bona/ i terra uiuentiū\ i plagis tuis/ i cruce tua/ i diuinitate tua: & ideo fructū fecit uinū dulce/ uinū optimū\ uinū inebriās produxit: palmites multiplicauit. ET IMPLeuit Terram. Impleuit inq uirtutibus\ donis cælestibus\ gratia\ lumine/ & sciētia Dei. Nō sciētia philosophorū: qui cū cognouissēt Deū/ non

ficut Deū glorificauerūt aut gratias egerūt. Sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicētes enim se esse sapiētes stulti facti sunt. Non sic uinea tua domine. Quare? Quia.

¶ OPERVIT MONTES Vmbra eius & ARBusta eius Cedros Dei. Quæ est umbra? Vetus testamētum præcedēs ueritatē euāgelii: sicut umbra præcedit corpus/ quando sol subsequitur. Cū āt sol uenerit āte faciem nostrā / iam nō umbra præcedit: sed sequitur & a nobis nō uidetur. Ita ueritatē & gratiā quæ ē p Iesū xp̄m præcessit lex tanq̄ ūbra qa sequebatur sol iustitiæ/ut ueniret & appareret & ostēderet nobis faciē suā. Venit ergo & ueritatē aperuit: lucēq; ante oculos nostros posuit. Vmbra iā post tergū sequitur. Nos ergo fugimus eā: & uersus solē tēdimus: trāsiuit ūbra legis & sacrificiorū: qa uenit sol iustitiæ xp̄s deus noster. Vmbra ergo eius .i. lex & doctrina ꝓphetarū obscura opuit mōtes. Qui sūt mōtes? Stabiles i fide: et alti pfectiōe iustitiæ: et diuinorū cōtēplatione. Certe patriarce & ꝓphetæ/nō philosophi & oratores q sūt mōtes supbiæ. A lumie: ergo supnaturali et diuino patriarcharū & ꝓphetarū ꝓcessit uinea: et Opuit mōtes ūbra eius. Idest ipsos patriarchas et ꝓphetas: q pleni doctrina legis/et ꝓphetico spū referti regebāt uineā et sustērabāt eā. Venisti dn̄e ad cultores uineæ: et ipsi te occiderūt eiciētes extra uineā. Sed tu malos male pdēs locasti uineā tuā aliis agricolis q fecerunt fructus eius et ūbrā legis cōuerterūt i lucē. Sēsū carnalē traxerūt ad spūalē/ut sub ūbra illius sederēt lassi: & ab æstu refrigerarētur: & umbra eius facta ē lux: qa lex ipsa spūaliter itellecta facta ē euāgeliū: sub cuius ūbra quæ ē lux sedēs aīa lassa cātat/et dicit. Sub ūbra illius quē d̄siderauerā sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Et iterū Sp̄s oris nr̄i xp̄s dn̄s captus ē i peccis nr̄is: cui diximus. In ūbra tua uiuemus i gētibus: multiplicauit ergo palmites i gētibus: uenerūt. n. gētes ad xp̄m/ad agricolā ad uitē/ad uineā: multiplicati sunt palmites: excreuerūt numero & merito: facti sūt sicut arbusta: et eleuata sūt. Arbusta eius. Et opuerūt. Cedros dei. Qui sūt

cedri dei / Apostoli dei / Euãgelistæ dei / Doctores eccle siæ. Ergo palmites / ergo electi de gentibus uenerunt ad eos: apprehenderunt eos / et dixerunt / ibimus uobiscũ: Audiuimus enim quia Deus uobiscũ est: Cedri autem gauisæ sunt: inclinauerũt se \ & dixerũt. Ascendite \ ascen dite super nos: capite nos \ quia portabimus uos: substi nebimus uos : eleuabimus uos a terra: Et ascẽderũt gen tes per fidem / & ædificatæ sunt super fundamentũ Apo stolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Operuerũt ergo arbusta cedros dei. O fœ lix uinea / o beati palmites: qui nõ philosophorum stul torum / sed mõtium & cedrorum: idest prophetarum & Apostolorum secuti estis diuinam sapientiam / inenarra bilem lucem / ueritatis uiam: quæ uere ducit ad patriam. Sed quanta est hæc uinea? Nunquid Iudea sola? An Iu deorum Deus tantum ? Certe ab ortu solis usque ad oc casum domine magnum nomen tuum in gentibus.

¶ EXTENDIT PALMITES SVOS Vsque ad mare & usque ad flumen propagines eius. Exultauerunt ce dri Libani: clamauerunt & eleuauerunt uocem suam. In omnem terram exiuit sonus eorum / & in fines orbis ter ræ uerba eorum. Audiuit mare / & intumuit / & turbata est terra. Intumuerũt fluctus maris / mirabiles elationes maris / mirabilis in altis dominus. Turbati sunt mõtes : supbi pricipes / sacerdotes / scribæ & pharisei. Astiterũt re ges terræ / et pricipes cõuenerũt i unũ aduersus dominũ et aduersus Christum eius. Intonuit autem de cælo deus et altissimus dedit uocem suam. Vox domini in uirtute uox domini in magnificentia. Audierũt lapides & con tremuerũt ligna siluarum: audierũt gẽtes duræ & infruc tuosæ \ & in palmites conuersæ sunt. Mare uidit & fugit Iordanis cõuersus est retrorsum. Gẽtes aũt ubiq; terrarũ ad uitem uenerũt : inseruerũt se uiti per fidem & charita tem : creuerũt nimis usq; ad terminos orbis terrarũ mon tes et mare / tyrãni & populi peruersi percussi sũt \ descen derũt in infernum. Operuit eos mare. Vinea aũt nostra

EXtendit palmites suos usq; ad mare. Ideſt usq; ad ter minos terræ. Mare ergo circundat uineam / pulsat eã \ sed in eam cõfringit fluctus suos. Sed quid Iudea fecit? Indu rata eſt: exſiccata eſt: fructum non fecit. Præcidiſti ergo ta les palmites o cæleſtis agricola / & in ignem miſiſti. Nun quid omnes palmites perierunt? Abſit. Reliquiæ enim sal uatæ sunt. Multi palmites iudeorum te uolente & præde ſtinante permanſerũt in uite / & fructũ perfectum fecerũt. Vinea creuit. ET usq; ad flumen extendit propagines eius. Quid eſt domine usq; ad flumen? Nũquid in orbe eſt unum flumen tãtum? Nunquid clauditur orbis a ma ri & a flumine aliquo? Nequaquã. Sed ſicut cum dicitur propheta / Dauid propter eius excellentiam intelligitur: & Paulus / cum dicitur Apoſtolus: ita hic cum dicitur flu men ſimpliciter \ intellige de Iordane: qui a filio meo fuit conſecratus / ſolum hoc hanc habet excellentiam. Quid ergo eſt usq; ad flumen niſi usq; ad iordanẽ? hoc eſt usq; ad populum hebraicum palmites extendit. Nõ tibi ergo populus hebraicus totus uideatur expulſus. Lapidẽ eni quem reprobauerunt ædificantes / hic factus eſt in caput anguli. Ergo magna tũc erat eccleſia tua domine: magna inq̃ dignitate / magna ueritate / magna uirtutũ perfectio ne / magna charitate / magna operum mirabilium uarieta te / magna etiam extẽſione / magna fuit: quia tu magnus dominus \ qui eam plantaſti \ qui augmẽtum præbuiſti / quia eam extendiſti: qa tu domine Ieſu dux itineris ei fui ſti. Tu in ea laboraſti \ ſudaſti \ uigilaſti / ſanguine tuo & martyrum tuorum eam cõſecraſti. Vbi ergo labores tui / ubi ſudores / ubi ſãguis tuus? Quid feciſti domine deus? Quid feciſti ſaluator meus?

¶ VT QVID DESTRuxiſti Maceriã eius & uindemiãt eam oẽs qui prætergrediũtur uiã. Vt quid domine hoc feciſti? Quæ utilitas? Cuſtodiam angelorum amouiſti. Hi enim latrones prohibebant. Iſti eam defendebãt. Vbi hodie hæc fida cuſtodia? ubi prophetæ / ubi apoſtoli / ubi doctores / ubi paſtores circundãtes uineam / demones ex

pellentes/ hereticos excõmunicantes\ peruersos homines corripientes / & imperfectos custodientes? Quæ est Maceria? Angelorum custodia / pastorum defensio / prædicatorum sancta doctrina. Vbi est Maceria? Destructa est. Quis eam destruxit? Tu domine/ qui sanctos prædicatores tulisti: pastores in cælum collegisti: angelos amouisti. VT Quid destruxisti maceriam eius? An forte ut impleat iniquitates suas: ut compleatur malitia eius: ut tandem puniatur / & renouetur? Sed qd deest ei? quod peccatũ non inuenitur in ea? Certe uide domine quia cõpleta est malitia eius. Et iam uindemiãt eam omnes qui prætergrediuntur uiam. Non uinitores ueri / non ueri agncolæ uindemiant eam / non omnes boni / non pauci boni / non partim boni & partim mali / non unus quidem bonus / sed omnes qui prætergrediuntur uiam / uindemiãt eam. Omnes qui tua præcepta nõ seruant / qui uiam dei ignorant / publici peccatores / infames / hi ad altaris ministerium eliguntur / his dantur beneficia: hi uindemiant uineam sibi \ non tibi: pauperes tuos non respiciunt: esurientem non pascunt: nudum non uestiunt: peregrinum non suscipiunt: uiduam & pupillum non defendunt. Comedunt agnũ de grege\ & uitulum de medio armenti. Canunt ad uocem psalterii & organi. Sicut Dauid putauerũt se habere uasa cantici. In choris modulantes / labiis Deum laudantes / sed corde longe a Deo existentes\ bibentes uinum in phialis / & optimo unguento delibuti: & nihil patiuntur super contritione Ioseph: nulla misericordia mouentur super egenum & pauperem. Isti ergo qui prætergrediuntur uiam tuam / uindemiant uineam tuam. Sed quid dicam domine? Nam & oẽs qui etiã prætergrediuntur uiam suã / uindemiãt uineam tuã. Ambulantes enim per uiã suã \ & uidentes maceriam uineæ tuæ destructam prætergressi sunt uiam suam. Non recto itinere ambularunt: sed relinquentes uiam suam / conuerterunt pedes in uineã tuam / ut uindemiarent eam / ut tollerent fructus eius / nõ fructus spirituales / sed tẽporales.

Quid est quod ais? hoc dico domine. Diuites huius sæculi per uiam suorum peccatorum ambulātes/diuitias/dignitates/honores & uoluptates huius sæculi per phas & nephas quærentes diuerterūt a uia sua. Diuitias enim huius sæculi prosequi desierunt: dignitates eius nō amplius quæsierunt: conuersi sunt ad uineam tuam/ad ecclesiasticas dignitates/ad diuitias eius/ dirupta ē maceria quæ indignos repellebat/ & ingressi sunt etiam qui prætergrediuntur uiam suam: & uindemiauerunt eam. Quid ais? Hoc dico. Hodie in theatro/ & cras in cathedra episcopali. Hodie in theloneo & cras canonicus in choro. Hodie miles & cras presbiter. Pretergressi sunt uiam suam: & diuerterunt ad uineam tuam/ non quidem ut colerent eam tibi: sed ut uindemiarent eam sibi. Hoc quoq; flens dico. Ingressi sunt demones/ & peruersi quiq; homines/caput uidelicet & membra & fructus eius spirituales uindemiantes proiecerunt/ pedibus calcauerunt/abscōderunt/destruxerunt: uinitores percusserunt gladio: & extra uineam eiecerunt: optimos palmites præciderunt persuasionibus malis/ minis/ persecutionibus & malis exēplis conantur destruere quicquid boni ī uinea reperitur. Vt quid ergo domine destruxisti macenā eius? Quæ utilitas? Quis fructus? Nā propter hoc uindemiant eā oēs qui prætergrediūtur uiā. Sed utinā soli hoīes aut demones prætergrediētes uiā uindemiarent eā: & non etiā bestiæ ingrederentur in eam. Sed ecce mala bestia ingressa est ī eam: & radicitus destruxit eā.

¶ EXTERMINAVIT EAM APER DE SILVA: ET SINGVLARIS FERVS DEPASTVS EST EAM. Aper porcus est: porcus immundus: porcus superbus: porcus crudelis/non domesticus: sed de silua: Luxuriosus clericus: libidinosus sacerdos: qui non homo est: sed bestia/ sed porcus immundus ad altare tuum accedit: tota nocte in imunditia sua in luto in stercore iacuit: & mane sacramenta tua tangere præsumit. Porcus superbus domari non potest: corrigi nō uult: audire uerba ue

ritatis renuit. Superbe loquitur / contra corripientem se insurgit / mordet / lacerat crudeliter / non parcit uerbis / maledicit / blasfemat. Porcus est / crudelis est / bestia est non homo: Persequitur homines : non domesticus est : non saltem neophitus ē: nō de domo domini uenit : sed de silua / de cōsortio bestiarum / de multitudine ferarum / de deserto peccatorum. Deum ignorat: sacramēta nescit : officium suum non intelligit: lutum solum amat: stercus amplectitur : sanguine delectatur. Quid ergo fecit quid aper iste domine deus? Exterminauit uineam tuā : extra terminos posuit eam \ extra præcepta \ extra patrum documenta / extra leges fecit eam : luto & stercore / luxuriis & impudicitiis / commessationibus & ebrietatibus impleuit eam. Cultores occidit: paruulos enecauit: mulieres humiliauit: palmites ad solum traxit: uites radicitus euulsit & extirpauit: ac dentibus suis omnia comminuit. Superbia sua ligna pedibus calcauit : & extra uineam eiecit.

¶ EXTERMINAVIT EAM aper de silua / & singularis ferus depastus est eam. Ecce quanta superbia uult esse singularis: non uult habere superiorem: non uult habere parē : nō quærit habere socios: sed seruos / sed subiectos: uult omnia singulariter possidere: quærit semper ascendere: singularitate delectatur: charitatem Christi despicit: nō uult esse minister / non pastor / nō pater / non mater / nō socius tribulationū / non seruus omnium ut omnes lucrifaciat : sed dominus / sed lupus / sed crudelis & rigidus dominator ad destruendam uineam / ad euellendas radices eius \ ad eam totaliter consumendam \ & totam comedendam \ atque ad nihilum redigendam. An etiam aper de silua & singularis ferus est priceps malus / tyrannus superbus / totus immundus / totus crudelis? Qui de silua bestiarum egreditur \ de ministris sibi similibus immundis \ luxuriosis \ superbis \ crudelibus: qui bestiæ sunt / nō homines. Cultum Dei odit : sanctos uiros de ciuitate expellit. Iustos persequitur: prudentes percutit gladio: ueritatem abhominatur: mēdaciis gaudet : adulationibus de

lectatur: pacē fugat: discordias nutrit: matrimonia dissol uit: uirtutes exterminat: uitia commendat: pudicitiam fugat: flagitiosos exaltat: denique omne uitium in præ cipiti stare facit. Exterminauit uineam / qa astitit omni uiæ non bonæ: malitiam autem non odiuit. An forte aper & singularis ferus etiam Dyabolus est? Immūdus spiritus / crudelis homicida / superbia elatus: qui dixit: In cælum conscendam / super astra cæli exaltabo solium meum / similis ero Altissimo. Hic etiam depastus est uineam: comedit palmites: absorbuit uites / & sibi in corporauit eam: factus est caput malorum / & ipsi mem bra eius: et facta est uinea Christi uinea Dyaboli: quia singularis ferus depastus est eam. Heu heu heu domi ne Deus ubi est uinea tua / quam de ægypto transtuli sti: de qua gentes eiecisti / quam tuis manibus planta sti: cuius in itinere dux fuisti: quæ impleuit terram uir tutibus: cuius umbra operuit mōtes & arbusta / cedros Dei / quæ extendit palmites suos usque ad mare / & usque ad flumen propagines eius? Vbi sunt uirtutes eius / ubi dona spiritus sancti / ubi gratiæ gratis datæ / ubi charitas / ubi spes / ubi fides? An nō es Deus apud quem non est transmutatio? An non es ille idem Deus qui fecisti misericordiam cum patribus nostris? An nō sumus nos opus manuum tuarum? An non Christus manet in æternum? An nō est passus etiam pro nobis? An oblitus es nostri domine? Tu domine pater noster & Abraham nesciuit nos / & israel ignorauit nos. Tu domine pater noster & redemptor noster / a sæculo no men tuum. Quare ergo auertisti faciem tuam a nobis? Peccauimus / iniuste egimus / iniquitatem fecimus. Do mine nō secundum peccata nostra facias nobis / neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum / ci to anticipent nos misericordiæ tuæ / quia pauperes facti sumus nimis. Nec enim patres nostri iusti inuenti sunt: sed peccatores / sed idolatræ / sed homicidæ / sed maledi

ci, sed cupidi, superbi, elati, parentibus non obediētes, insipientes, & blassemantes nomē tuum. Fecisti autem eis secundum magnam misericordiam tuam. Nec enim in gladio suo possederunt terram: & brachium eorum non saluauit eos: sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam complacuisti in eis. Eia ergo, & fac nobiscum secundum magnam misericordiam tuam: & ne auertas faciem tuam a nobis.

¶DEVS VIRTVTVM CONVERTERE RESPICE DE CELO ET VIDE ET VISITA VINEAM ISTAM Deus uirtutū Actus purus, uirtus īfinita, uirtus uirtutum, gubernans omnia, faciens oīa, uiuificans omnia, uirtutes omnium creans, eis uigorem præbens, eas ad opus trahens, eas antecedens: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur: antecede nos, trahe nos post te: uigorē uirtutibus nostris præbe: & uiuifica nos. Cur non respicis nos? Cur terga uertisti? ostēde nobis faciem tuam. Conuertere deus uirtutum ad nos, et nos conuertemur ad te. Conuerti enim ad te, cogitare de te, diligere te, donum tuū est. Respice de celo. Longe enī abisti: i cælum ascendisti: a nobis recessisti: respice saltem nos de cælo, si non uis ad terram descendere: Si peccata nostra hoc non merentur: respice nos, illumina nos de cælo, de secreto miserationum tuarum, de Christo tuo & precibus beatorum tuorum. Et uide desolationem nostrā, intuere & respice obprobrium nostrum: hereditas nostra uersa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Vbi est Hierusalem? Vbi terra sancta, in qua tot mirabilia fecisti? Vbi sepulchrum tuum? Nonne in manibus infidelium? Vide domine oculis misericordiæ tuæ orbem terræ & plenitudinem eius, non plenitudinē gratiarum: sed plenitudinem peccatorum: sed plenitudinem ignorantiæ: sed plenitudinem miseriarum. Vide uineam tuam, ecclesiam tuam, Rempublicam tuam, plebem christianam tuā, uide & miserere. Et uisita uineā

istam. Adhuc enim radices habet, adhuc aliqui palmi tes uiuunt, ab initio mundi cœpit, & nunquam defecit, neque deficiet: Tu enim dixisti. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consumationem sæculi. Minui ergo potest: deficere penitus non potest. Vinea ergo ista est uinea illa quam tu plantasti. Vnus spiritus una fides, unū baptisma, unus deus & dominus oīum qui est omnia in omnibus. Visita ergo uineam istam. Visitatio enim tua custodiet spiritum eius. Visita gratia tua, presētia tua, spiritusancto tuo. Visita etiā uirga tua & baculo tuo. Virga enim tua & baculus tuus consola buntur eam. Visita flagello, ut castigetur, ut purgetur. Tempus enim putationis aduenit. Eiice lapides. Colli ge aridos palmites, & liga fasciculos ad comburēdum. Erige eam: superflua præcide: appone substentacula: ter ram impingua: macerıā construe: & uisita uineam istam sicut iam uisitasti terram, & inebriasti eam. Visita inq̄.

ET PERFICE EAM QVAM PLANTAVIT DEXTERA tua, & super filiū hoīs quē cōfirmasti tibi. Nō solum uisita: sed etiam perfice eam. Valde enim im perfecta est: uult bene uiuere: sed nō uult mala pati. Ha bet exempla ante oculos suos: habet prophetas: habet apostolos: habet martyres: & omnes sanctos dei: immo ipsum filium tuum unigenitum, uult eos sequi: uult be nefacere: ut eorum gloriam consequatur: sed non uult pati aduersa, ualde imperfecta est: Perfice eam domine, emitte spiritum tuum & perficietur. Petrus ante aduen tum Spiritussancti dicebat. Etiam si oportuerit me mo ri tecum non te negabo. Sed quia imperfectus erat, ad uocem unius ancille negauit Christum tuum: uenit spi ritus Sanctus, & impleuit eum gratia: & non timuit Reges terræ: quia perfecisti eum, ideo fructum fecit, ideo innumerabiles ad fidem conuertit, ideo ecclesias ædificauit. Igitur perfice eam, & fructum faciet, & per orbem palmites extendet. Adhuc enim timet: Adhuc

loqui non audet\ adhuc principes ueretur. PER Fice eam quam plãtauit dextera tua. Non eam quam plantauit ſiniſtra tua. Sunt enim quidam chriſtiani quidam ſacerdotes nomine non opere: quibus dediſti diuitias huius ſæculi\ & multiplicaſti bona temporalia: ſpiritualia autem tua non habent. Hi ergo ſunt/ uinea quam plantauit ſiniſtra tua. Non hanc rogo ut augeas: non ut perficias: ſed eam quam plantauit dextera tua: quæ habet palmites & fideles: quibus dediſti gratiam tuam/ & dona tua ſpiritualia\ qui ſunt electi tui: Quorum quilibet dicit: Leua eius ſub capite meo\ & dextera illius amplexabitur me. Hanc ergo Perfice: ET SVPER FILIVM Hominis quem confirmaſti tibi \ Perfice eam. Quis eſt iſte filius hominis? Nos quippe ſumus filii hominum/ quia patrem & matrem habemus i terris. Chriſtus autem ẽ filius hominis: quia eſt filius uirginis: qui in cælis patrem ſine matre: i terra autem matrem ſine patre habet: Hunc ergo filium hominis confirmaſti in cordibus hominum/ cõfirmaſtiq; eum tibi /ideſt ad honorem tuum. Pugnauit iudea contra eum: & tu confirmaſti eum tibi: pugnauerunt tyrãni\ & confirmaſti eum tibi. Pugnauerunt heretici\ & confirmaſti eũ tibi. Pugnauerunt philoſophi & dyalectici & ſapientes huius ſæculi/ & confirmaſti eum tibi: pugnauerunt falſi fratres: & cõfirmaſti eum tibi. Pugnauit dyabolus et totus orbis: & non præualuit: ſed filium hominis confirmaſti in cordibus hominum ad honorẽ tuum. Ergo perfice uineã ſuper eum ut per fidem & charitatem ſuper Chriſtum plantata & radicata perficiatur \ & de terra illa rubea/ de amore charitatis Chriſti/ de meritis paſſionis eius producat uinum optimum inebrians corda hominũ. Si/ quia imperfecta eſt \quia collapſa / quia obſtat mundus\ impoſſibile uidetur i oculis hominũ : tibi domine nihil eſt impoſſibile: nihil difficile. Aperis tu manũ tuam\ & imples omne animal benedictione. Omnia a te expectant /

ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligēt: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autē te faciem turbabūtur. Auferes spiritum eorum & deficient / & in puluerē suū reuertētur. Quanto ergo magis increpante te omnia impedimēta tollentur / & omnes uastatores peribunt?

INCENSA IGNI ET SVFFOSSA / AB INCREPATIONE VVLTVS TVI PERIBVNT.

Incensa enim & semiusta ligna & suffossæ uites & arbores infructuosæ per uineam dispersæ & cōfusæ palmites uirides & uites uiuentes uastant: nec fructum facere permittūt. Incensa ergo et Suffossa increpa uultu tuo / uultu illo de quo dictum est. Vultus autem domini super facientes mala / et peribunt statim infructuosa ligna. Illi uidelicet / qui nec ipsi i Regnum cælorum intrant / nec alios intrare permittunt. INCensa. Igitur sunt immundi peccatores ardore libidinis incensi & in carbonē uersi: in tenebris ambulantes & nescientes quo uadunt. Nam supercecidit ignis & nō uiderunt solem. INCensa igni. Auari sunt & cupidi desiderio pecuniæ inordinato igne auaritiæ incensi: qui nunq̄ dicit / sufficit. Incensa igni. Superbi sunt \ ambitiosi sunt \ inuidi sunt: qui ardent sicut faculæ \ & omnium rerum desiderio incensi sunt. Iste ignis omnes uirtutes cōsumpsit: omnes cupiditates excitauit: omniū malorū causa est. Initium enim omnis peccati Superbia / & radix omniū malorum cupiditas: illa per auersionem a Deo / hæc per conuersionē ad creaturas. Qui autem sunt ligna Suffossa / nisi Tepidi: qui exterius quidem nō uidentur igne libidinis \ uel superbiæ \ uel auaritiæ exusti / tamen intus aridi sunt: quia suffossi sunt / nō habent radices in terra uiuentium / in charitate Christi \ in gratia Dei. Ideo sicut lignum si habet radices in terra / ad calorem solis fructificat. Si autem non habet radices in terra sed in aere / ad calorem solis exsiccatur. Ita homo si radices fidei et charitatis habet in

Christo accedens ad altare \ ad ecclesiastica sacramenta \ ad officia diuina \ ad audiendum uerbū Dei \ ad lectionem scripturarum \ ad oratiōem \ fructus mirabiles producit. Si autem quærit quæ sua sunt / et in proprio amore in aere / in spiritu superbiæ radicatus est / ad hæc omīa semper magis arescit: et peior efficitur. Tepidi ergo sunt ligna suffossa: sunt ligna arida / cibus ignis: sed certe ipsa ligna suffossa sūt etiam incensa: et ipsa incensa suffossa. Nam manifesti peccatores suffossi sūt / et a gratia dei euulsi & eradicati: et ipsi Tepidi incēsi sūt igne ꝓprii amoris et superbiæ & ambitionis et auaritiæ & libidinis occultæ. Omēs ergo isti domine deus per uineam tuam dispsi / et cōdēpsati nō permittunt eā facere fructus: qa eorū malis exēplis & suasiōibus paruuli et simplices subuertuntur. Increpa ergo eos: increpa dure / quia duræ ceruicis sunt. Increpa gladio \ peste \ & fame. AB INCrepatione uultus tui peribunt. Et de uinea eiicientur \ palmites subleuabuntur / aliæ uites apponentur / crescent \ fructum faciēt / extendēt propagines suas \ usque ad mare & usque ad flumen peruenient. Quare obdormis domine? Surge domine & fac.

¶ FIAT MANVS TVA Super uirum dexteræ tuæ & super filium hominis quem confirmasti tibi. Veni domine noli tardare. Deus iudicium tuū regi da / & iustitiam tuam filio regis. Hic est enim uir dexteræ tuæ / qui sedet ad dexteram tuam. Quæ est autem dextera tua? Tu enim inuisibilis es & incorporeus. Vbi ergo dextera? ubi sinistra? Gloria tua est dextera tua. Singulariter ergo de Christo tuo dictum est \ ꝙ sedet a dextris tuis: quia in potioribus bonis tuis gaudet: Super omnē principatum & potestatem & uirtutem \ et super omne nomen quod nominatur non solū in hoc sæculo / sed etiā in futuro. Quid ē autem manus tua nisi potestas tua? Si ergo dexteram manū habes / cur etiam sinistram non habes? Potestatem enim habes puniendi et glorifican

di. Dominus enim mortificat & uiuificat: deducit ad inferos et reducit: humiliat et exaltat. Potestas ergo puniendi manus sinistra est: potestas glorificandi manus dextera est. Fiat ergo Manus tua fiat potestas tua Super uirum dexteræ tuæ. Quomodo? Nõne potestas data est ei ab initio? Ipse enim dixit discipulis suis. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quomodo ergo tu dicis fiat manus tua super uirum dexteræ tuæ? Data est: sed non apparet. Fiat ergo ut appareat. Vidẽt homines animales & carnales, seruos tuos irrideri, despici maledici, & semper in aduersis esse, & dicunt: Fides nõ est uera: nulla est prouidentia: decipiuntur christiani: & sic blasfemant nomen tuum. Vident deinde superbos, iniustos, auaros, blasfematores, luxuriosos, & peruersos homines prosperari: & nihil eis mali accidere. Et dicunt: Aut Deus non est: aut prouidentiam non habet de rebus humanis: aut iniustus est. Potestatem ergo habes & iudicia tua semper exerces: sed non semper apparent: & ideo blasfemãt homines. Fiat ergo manus tua ut appareat super uirum dexteræ tuæ. Da iudiciũ ei quod appareat. Dic ei, ut potestatem quam habet exerceat in cõspectu hominum. Ipse enim est a te constitutus iudex uiuorum & mortuorum. Fiat ergo manus tua super ipsum: Quæ manus? dextera an sinistra? fiat sinistra: fiat & dextera. Sinistra super malos: dextera sup bonos. Appareat iudiciũ: appareat & misericordia, ut cessẽt homines blasfemare. Sinistra quippe debilior est dextera: qa iudicium facis cum misericordia: & in puniendo parcus es. Dextera autem tua fortis ẽ: quia largus es donator. Aperis tu manum tuam: dexterã uidelicet tuam: & iples omne animal benedictione. Fiat ergo sup uirum dexteræ tuæ. Ad puniẽdos impios manus tua sinistra: ut flagellentur, & conuertantur. Et si noluerint cõuerti ad te, de uinea tua expellantur: & in igne inferni imperpetuum crucientur. Vt quid enim frustra terram occupãt?

Fiat autem super uirum dexteræ tuæ ad tuos fideles cõ
solandos manus tua dextera\ ut larga benedictione spi
ritussancti gratia repleatur: ut ædificetur uineæ maceria/
quæ prohibeat prætergredientes uiam: & Aprum de sil
ua singularemq; ferum non permittat intrare: ut crescãt
palmites & fructum faciant. An forte bonum est/ ut fiat
etiam super uirum dexteræ tuæ utraq; manus tua ad fi
deles tuos? Certe ita ẽ. Manus enim sinistra tua manus
flagellum tenens/ manus percutiens faciet eos ad dexte
ram permanere. Flagellum enim ĩ scolis retinet puerum
Ferula cogit ipsum adiscere. Adhuc enĩ paruuli sumus/
quoniam ꝗdiu sumus in uita mortali paruuli sumus/ in
digemus flagello: lacte pascimur. Cum autem uenerit
quod perfectum est/ euacuabimus quæ erant paruuli: et
tunc flagellum cessabit. Bonum est ergo flagellum: ue
niat ergo flagellũ: ueniat cito: fiat uelociter manus tua
super filium dexteræ tuæ: ut purgentur boni: ut perficiã
tur iusti: ut expellantur mali: ut pereant destruentes ui
neam. Et super filium hominis plantentur palmites.
Quẽ confirmasti tibi. Quem in ecclesia confirmasti ad
honorem tuum. Non enim totaliter ab ecclesia recessit.
Adhuc seruos habes multos: sed occultos: in quorum
cordibus confirmasti Christum tuum tibi: ut expulsis
uineæ uastatoribus egrediantur ad operationem suam
usq; ad uesperam. Veni ergo domine\ et coniunge nos
cultoribus tuis/ quos præparasti ad opus tuum. Serui
tui sumus.

¶ET NON DISCEDimus a te/ uiuificabis nos\ et no
men tuũ inuocabimus. Sine te esse nõ possumus. In te
enim uiuimus/ mouemur/ et sumus. Et Ideo. Nõ disce
dimus a te. Verba enim uitæ æternæ habes: Ad quẽ ibi
mus? Nõ est deus præter te domine. Quis enĩ fecit ma
gnalia quæ tu fecisti? Oĩa quæcũq; uoluisti fecisti ĩ cælo
et ĩ terra/ ĩ mari et ĩ oĩbus abyssis. Strepat mũdus: mur
murẽt hoĩes/ psequãtur nos ipii: Insurgãt oĩa elmẽta:

suscitetur denique infernus contra nos:non discedimus a te:nulla creatura poterit nos separare a charitate Dei / quæ est in Christo Iesu domino nostro. Nō cōfidimus in uiribus nostris / nō egrediemur in uirtutibus nostris sed tu Viuificabis nos. Gratiam tuam nobis abundanter tribues \ uirtutes donabis \ auxilium spetialē in tribulatione præbebis / quo excitabimur ad feruorem charitatis. ET NOMEn tuum inuocabimus. Nomen tuum bonitas tua est. Non est enim bonus nisi solus Deus. Tu ergo solus bonus. Tibi soli hoc nomen bene conuenit. Nomē ergo tuum / idest rem nominis tui / significatum nominis tui hoc est bonitatem tuam misericordiam tuam inuocabimus ut adiuuet nos / & succurrat nobis. Vel certe inuocare nomen tuum est conceptum tuæ bonitatis in mente formare. Est enim nomen mentis. Cōceptus ergo bonitatis tuæ est nomen tuum. Nō quilibet conceptus est nomen tuum \ quod inuocatum saluat/sicut scriptum est. Quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit:sed cōceptus bonitatis tuæ \ qui prorumpit in amorē p fidem & per supnaturale donū gratiæ. Hoc uere est nomen tuum. Quid est ergo inuocare nomen tuum nisi intus concipere per fidem bonitatem tuā \ & eam super omnia diligere. Nomen enim est uox significatiua. Quid est ergo iuocare nomen alicuius nisi uocem ipsum significantē formare? Ita inuocare labiis & lingua nomen Dei est uocem ipsum significantē producere. Similiter cum sit nomē mentale \ inuocare mente nomen tuum / est conceptum te representantē formare:Non saluat autem quilibet conceptus \ sed ille saluat qui uirtute fidei quæ p dilectionem operatur formatus fuerit. Igitur inuocabimus nomen tuum corde:inuocabimus labiis & lingua:ut de bonitate tua inuocata auxilium tuum descendat ad nos bene dispositos et præparatos:qui intus per gratiā tuam concepimus nomen tuū. Da ergo nobis uirtutē / qua relicta omni cupiditate ter

rena conuertamur ad te ex toto corde noſtro / ut in tribulationibus non deficiamus.

¶ DEVS VIRTVTVM CONVERTE NOS ET OSTENDE FACIEM TVAM ET SALVI ERIMVS. Vere tu es deus uirtutum / qui infirma mundi elegiſti / & fortia quæq; cõfundiſti. Quid.n.infirmius cruce? Quid magis ſtultum? Quid plus maledictum? Et ecce infinita uirtute tua hæc maxima infirmitas facta eſt nobis maxima fortitudo: Hæc ſtultiſſima fatuitas facta eſt hominibus ꝓfundiſſima ſapientia: hæc ſumma maledictio facta eſt nobis benedictio cæleſtis & perfectiſſima iuſtitia. O altitudo diuitiarum uirtutis et ſapientiæ & bonitatis dei. Quod.n.infirmum eſt dei / fortius eſt hominibus: et quod ſtultum eſt dei / ſapientius eſt hominibus. Fac nos domine cognoſcere hanc tuam infinitam uirtutem / inſcrutabilem ſapiẽtiam / inextimabilem bonitatem / ut ſciamus quia nõ eſt alius deus præter te domine / & cõuertamur ad te. DEVS Virtutum conuerte nos & oſtende faciem tuam. Oſtende Chriſtum tuum / crucifixum tuum: per quem cognoſcimus uirtutem tuam / ſapientiam tuam / & bonitatem tuam. Quis unq̃ Deus fecit ea quæ fecit filius tuus dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis crucifixus? Ipſe uniuerſum orbem ſine gladio ſuperauit: omẽs alios deos proſtrauit: tyrãnos perdidit: ubiq; in cælo & in terra triumphauit. Ipſe mũdũ per crucẽ ſuã illuminauit: beneuiuere docuit: doctrinam recte uiuendi dedit: qua nulla melior excogitari poteſt. Ipſe omnia hominum genera ad ſuum amorem traxit: qui relinquẽtes aurum & argentum & omẽs huius ſæculi uanitates atque ſemetipſos / etiam pro eius amore exquiſitiſſima tormentorum genera in martyriũ & crudelem mortem alacriter ſubſtinuerunt. Quis audiuit unquam talia / aut quis uidit ſimilia? Vere domine Ieſu tu es deus magnus filius Dei altiſſimi / Rex gloriæ / Deus uirtutum / et non eſt alius deus præter te do

mine: qui cũ patre & spiritu sancto es unus Deus super omnia benedictus. OSTende ergo nobis faciẽ tuam. A facie enim tua mota est terra / A facie dei Iacob. Qui cõuertit petram in stagna / & rupem in fontes aquarũ. Ostende domine faciem tuam Et salui erimus. Nam & patres nostri salui facti sunt: quia ostendisti eis faciem tuam / unde laudant & dicũt. Non nobis domine / nõ nobis / sed nomini tuo da gloriam / Super misericordia tua & ueritate tua. Ostende ergo domine faciem tuam / ut reprobi pereãt: quia ante faciem tuã ibit mors. Osten de faciem tuam / ut electi tui charitate serueant / & salui erimus: et mũdus renouabitur / uirtutibus & gratia tua decorabitur. Lætabuntur iusti / & exultabunt: habitabitq; populus tuus in pace: et iugiter die ac nocte laudabit te: Qui cũ filio tuo & spiritu sancto uiuis & regnas Deus benedictus per infinita sæcula sæculorũ. Amen.

FINIS

Impressum Florẽtiæ per ser Franciscum de Bonaccursiis impensis Ser Petri Pacini de Piscia
Anno salutis. M.CCCC LXXXXVI
Quarto kalen. Maias.



